FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Caii Velleii Patercvli Historiae Romanae Ad M. Vinicium Cos. Libri Dvo Qvantvm Exstant

Velleius <Paterculus>

Halae, MDCCLXXIX.

VD18 12434159

Cap. XXVIII.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213763

Visual Library

nimis repertus eſt, victoris magis quam morien-
tis vultum præferens; cuius abſciſum caput
ferri geſtarique circa Præneſte Sulla iuſſit. Tum 4
demum, deſperatis rebus ſuis, C. Marius adu-
leſcens per cuniculos, qui miro opere fabricati
in diuerſas agrorum partes ferunt, conatus
erumpere, quum foramine e terra emerſiſſet,
a diſpoſitis in id ipſum interemtus eſt. Sunt, 5
qui ſua manu; ſunt, qui concurrentem mutuis
ictibus cum minore fratre Teleſino, vna ob-
ſeſſo & erumpente, occubuiſſe prodiderint. vt-
cumque cecidit, hodieque tanta patris imagine
non obſcuratur eius memoria. de quo iuuene
quid exiſtimauerit Sulla, in promtu eſt. occiſo
enim demum eo, *Felicis* nomen adſumſit: quod
quidem vſurpaſſet iuſtiſſime, ſi eundem & vin-
cendi & viuendi finem habuiſſet. Oppugna- 6
tioni autem Præneſtis ac Marii præfuerat Ofella
Lucretius; qui cum ante Marianarum fuiſſet
partium, prætor ad Sullam transfugerat. Feli-
citatem diei, quo Samnitium Teleſinique pul-
ſus eſt exercitus, Sulla perpetua ludorum Cir-
cenſium honorauit memoria, qui ſub nomine
Sullanæ victoriæ celebrantur.

CAP. XXVIII. Paullo ante quam Sulla 1
ad Sacriportum dimicaret, magnificis præliis
partium eius viri hoſtium exercitum fuderant;
duo Seruilii apud Cluſium, Metellus Pius apud
Fauentiam, M. Lucullus circa Fidentiam. Vi- 2
debantur finita belli ciuilis mala, cum Sullæ